



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663**

4. De iis quibus Decime sunt soluenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

bas cap. Cum omnes, nu. 4. de decim. Rebus. qu. 5. num. 14.

²¹ *Qui graui* Qui vero graui paupertate premuntur, ita paupertate ut solutis decimis, non habeant necessaria ad premuntur. se, suosque alendos, à solutione, vel potius dilacione decimarum, donec ad meliorem fortunam deueniant, excusantur. Quia vniuersim solutio debet ex titulo iusto contracti, potest ob graue necessitatem seu debitoris inopiam differri. Et quia in debito decimarum credibile non est, piam Ecclesiam velle, ut tanto rigore à fidelibus exigantur: & cū Parochi ipsi obligati sint, ad subueniendum Parochianis tanta pressis inopia, non possunt ipsi iniquo animo ferre, si parochiani ante retineant, quod eis tribuendum, aut concedendum esset. Id vero discrimen est inter inopiam grauem, & extremā, quod qui extremam patitur, obligatione omnino liberatur: qui autem graui tantū afficitur, non simpliciter est ab obligatione h. c. immunis, sed donec factus opulentiior fuerit. Suar. to. 1. de Relig. lib. 16. n. 16. Laym. l. 4. r. 6. c. 3. n. 6. & alij.

²² *Monuerim* Monuerim, in Clementina Cupientes, §. 1. de Pen. M. can. penas inferri ipso facto Religiosis Ordinibus Mendicantium (quia ipsi decimas nullas percipere solent) si homines à decimarum solutione retrahant.



CAPVT IV.

De iis quibus Decimæ sunt soluendæ.

²³ *Decimæ* Decimæ personales, spectato iure cōmuni, (nā consuetudine vbique fere sūt abrogatæ) præstari debent propriæ Ecclesiæ parochiali, ad quam quisque fidelium pertinet, ut in ea officia diuina audire, & Sacramenta percipere teneatur. Quia id habetur cap. Ad Apo. soli. 4. de decim. iuncto ver. personales, & cap. vltim. de Parochiis. Glof. & Abbas ibi, num. 5.

²⁴ *Decimæ prædiales* Decimæ prædiales, spectato communi iure, vel saltē Ecclesiarū recepta cōsuetudine, soluendæ sunt Ecclesiæ parochiali, intra cuius terminos prædia sunt sita. Quia cū crescente fidelium multitudine, ad confusionem vitandam, necesse esset, Parochias diuidere, oportuit etiam fines singulis, ac terminos suos terrarum designare, in quibus pro Parochi, & Cooperatorū eius sustentatione certi decimarū redditus prouenirent, sicut colligitur ex cap. Licet. 16. q. 3. & ex cap. Super eo, de Parochiis. & ex Tridentino sess. 4. c. 9. & sess. 24. cap. 13. Glof. ad cap. vlt. v. prædiorum. & alij communiter.

²⁵ *Parochi ad* Vnde Parochi communi iure aduersus quēlibet possessorē iuris decimandi intentionē fundatā habent, etiam contra Episcopum, ut aliter probare non teneantur ad se pertinere. Idque asserendū est de quibuscumque prouentibus, adeo, ut si Capella sit infra Parochiam, obligationes ibi factæ non capellæ, sed Parochiæ cedere debeant, nisi eæ ad Ministri sustentationē, vel capellæ fabricam Episcopi auctoritate sint deputatæ, iuxta cap. Ad audientiam 1. de Ecclesi. adif. Rebus. de decim. q. 7. a. 4. Canif. c. 8. n. 2. argum. ex c. In Sacris Canonibus, causa 16. q. 1. & cap. A nobis, de decim. & c. vlt. de Parochiis. Abbas ad c. Pastoralis, n. 2. de iis, quæ sūt à Prelatis. Laym. l. 4. r. 6. c. 4. n. 2.

tionē, vel capellæ fabricam Episcopi auctoritate sint deputatæ, iuxta cap. Ad audientiam 1. de Ecclesi. adif. Rebus. de decim. q. 7. a. 4. Canif. c. 8. n. 2. argum. ex c. In Sacris Canonibus, causa 16. q. 1. & cap. A nobis, de decim. & c. vlt. de Parochiis. Abbas ad c. Pastoralis, n. 2. de iis, quæ sūt à Prelatis. Laym. l. 4. r. 6. c. 4. n. 2.

²⁶ *Quod si requiras* Quod si requiras, nū decimæ tū personales tum prædiales Ecclesiæ baptismali, an parochiali communi iure debeantur? respondeo, de personalibus dubiū esse non posse, quin parochiali debeantur Ecclesiæ, in qua Sacramēta suscipi, & officia diuina ab adultis debent auditū, etsi alia sit Ecclesiæ baptismalis ad quam tanquam matricē, aut primariam Baptizandi deferri debeant. Idem quoque sentiendum est de decimis prædialibus, nempe inferendas esse Parochiali Ecclesiæ, si ea proprias, & à matrice Ecclesiā distinctos limites habeat. Colligitur ex c. Ad Apostolicæ, & ex c. Cum continetur. Abbas ibi, n. 18. Suar. to. 1. de Relig. l. 1. c. 24. n. 4. & alij.


²⁷ *Decimæ mixtæ* Decimæ autem mixtæ, quæ ex fructibus & fœtu pecorum penduntur, ubi eæ in vfu sunt, debentur Ecclesiæ parochiali, intra cuius terminos pecora pascuntur: ita ut si diuersis annis temporibus in diuersis Parochiis alantur, decimæ inter Parochias secundum temporis proportionē sint diuidendæ, nisi aliud consuetudo obtineat. Quia id iura diuina ponunt, cap. Ad Apostolicæ, ver. personales, de decim. c. Commissum, de decim. D. Tho. q. 87. a. 3. ad 2. Alen. p. 2. q. 5. memb. 4. Alen. ad c. 13. Mat. quæst. 197. Rebus. q. 6. n. 25. Suar. to. 1. de Relig. l. 1. c. 24. n. 8. Nauar. consil. 1. de decimis, edit. 2.

²⁸ *Quarta pars decimarum* Spectato communi iure, quarta pars decimarum parochialium soluenda est Episcopo ordinario. Quia ita habetur in cap. Conquerente, de officio ordinarij, & in c. De quarta, de præscript. Profecto postea quam ob fidelium multitudinem Dioceses amplificatæ, atque inter eas Parochiæ diuisæ sunt, tūc decimæ prædiorum singulis Parochiis, siue Ecclesiarum curatoribus iure proprio fuere assignatæ, reseruatamen Episcopo tanquam superiori ordinario fidelium Pastori certa portione, videlicet quarta, quæ ad ipsius decentem sustentationē necessaria videbatur. At cum pluribus locis Episcopi ex propriis foundationibus, aliisque titulis sufficienter sustentationem habeat, ideo quarta decimationis pluribus Diocesisbus venit omnino in desuetudinem. Hostiens. ad c. Dudum, de decim. Abbas ad cap. Cum contingat, num. 7. & ad cap. Quarta, nu. 1. Canif. cap. 12. Suar. tom. 1. de Relig. libr. 1. cap. 18. num. 9.

²⁹ *Certi casus* Certi tamen sunt casus, in quibus adhuc hodie integræ decimæ ad Episcopum pertinent. Quorum primus indubitatus est, si ipsemet sit immediatus curatus suæ Cathedralis Ecclesiæ, vel alterius parochialis, quam saltem per Vicariū administrat. Deinde si prælia intra suam Diocesim nullæ Parochiæ sint assignatæ, eorū decimæ Episcopalem mensam spectant, iuxta cap. Quoniam, de decim. Tertio denique si adhuc hodie aliqua Diocesis in Parochias diuisa non sit, sed omnis animarum cura ad Episcopum spectat: tunc decimæ omnes ad eundem iure pertinebunt, ex quibus Capellanis, seu Vicariis suis sufficientem debet sustentationem.

Sect. I. De Præcept. V. Recep. Sentent. 137

sustentationē, sicuti Parochi assolent, exhibere. Abbas ad cap. Cum contingat, n. 7. Suar. 10. de Relig. l. 1. c. 29. n. 1. Laym. l. 4. tr. 6. c. 4. n. 6. Rebus de decim. q. 7. n. 7. qui quidem n. 12 addit, Episcopum nomine cuiuslibet Ecclesiæ Parochialis agere posse ad consequendas decimas in Parochi defectum.



CAPVT V.

De tempore, quando, & loco, ubi
Decima sint soluenda.

³⁰ *Prædicta decima de-
bentur statim ac
fructus* Prædictas decimæ debentur statim ac fructus à solo separati, ac collecti sunt. Quia id præscribitur cap. Cum homines, de decim. iuncta Glof. ver. fructibus collectis, ubi addit, si rusticus in mora soluendi sit, periculum decimarum ad ipsum pertinere. Neque opus est, ut à Parocho petantur, siue exigantur. Quia dies ipse, siue tempus solutionis pro creditore interpellat, præsertim cum fructus reali obligatione decimarum ex iuris dispositione obligati censeantur. Nam posita legis positivæ determinatione, ex iustitia Ministris Ecclesiæ debetur. Abbas ad cap. Peruenit, de decim. in fine. Couar. l. 1. resol. c. 17. n. 8. Gutier. l. 2. q. 99. Canon. c. 2. i. nu. 44. Rebus de decim. q. 12. n. 7. Suar. 10. de Relig. l. 1. c. 37. nu. 2. sumitur ex cap. 22. Exod. ibi: Decimas tuas, & primitias non tardabis red-
dere.

³¹ *Domini prædicti non
obligantur
decimas ad
horreum
colle-
re de-
putare.* Spectato cōmuni iure, dominus prædij nõ obligatur, decimas ad horreum Ecclesiæ, vel Parochi deferre: sed satisfacit obligationi suæ, si monet Parochum ut decimas à solo separatas aut collectas auferat: quod si facere intermitteret, & decime fructuum in agro damnū aliquod pariat Parochi culpæ imputabitur. Quia habet se Ecclesiæ decimarum cōparatione tanquā usufructuaria, vel pñsonaria, cui satisfacit si pñso fructuum solvatur in loco, ubi res frugifera sita est, nisi aliter conventum, vel consuetudine sit receptū. Couar. l. 1. resol. c. 17. n. 8. Suar. 10. de Relig. l. 1. c. 37. n. 6. Henric. Canil. de decim. c. 7. n. 2. Abbas autē ad cap. Peruenit, n. 3. de decim. ait, Villicū debere propriis expensis fructuum decimas ad horreū Parochi deferre. Quod verū quidē est, si loci consuetudo ita obtinuerit: cōmuni autē iure nihil tale statutum reperio. Abul. ad cap. 23. Mat. q. 206. Lessi. l. 2. c. 15. dub. 8. n. 57.

³² *Personæ et
sola
et, elap-
sæ sunt
singulæ.* Decimæ personales ex lucris ubi eē in usu sunt cōmodissime solvuntur elapsis annis singulis, sicuti alij census, ac tributa pendi assolent. Glof. ad cap. reuertimini, v. annus, 16. q. 1. Aleñ. q. 1. memb. 1. Abbas ad cap. Peruenit, n. 3. Rebus de decim. q. 1. n. 4. Suar. 10. de Relig. l. 1. c. 37. n. 6.

³³ *Quid de
decimis
mixtis* Inter decimas mixtas quædā rectius, solvuntur, cum primum fructus recepti sunt, vt ouium lana. Quædā non statim, sed postquā sine lacte matris viuere possint, vt animalium forus. De quibusdā vero certa regula tradi nõ potest, sed ex loci consuetudine, priuatis transactionibus. Eschob. & Mend. Theol. Moral. Tom. V. P. II.

nibus, &c, petendum est. Rebus de decim. q. 6. Suar. 10. de Relig. l. 1. c. 37. n. 6.

³⁴ *Parochus
non potest de-
cimas per
vim extor-
quere sine
Episcopi
authorita-
te.* Parochus non potest à domino, vel colono decimas iniuste detinente, aut soluere recusante per vim extorquere, aut ob eā causā Ecclesiæ aditu, vel Sacramentis, sine Episcopi auctoritate, prohibere. Quia vniuersum concessū non est creditori propria auctoritate bona debitoris inuadere, eumq; possessione ad debiti sui recuperationem spoliare. Quare cum Parochus forensem iurisdictionem in parochianos non habeat, necesse est, ut ad Episcopum causa ista deferatur, qui illos in soluendis decimis culpate morantes ad solutionem cogere debet, & post trinam canonicam monitionem etiam excommunicare, iuxta cap. Omnes 16. q. 1. & Trident. sess. 25. c. 12. Interdum tamen si absque scandalo, vel simili incōmodo decimæ acquiri non possint, prudentia opus erit, num magis expediat eas vna vice, seu ad tempus remittere, an cum Ecclesiasticæ censuræ seueritate exigere. Caiet. 2. 2. q. 43. art. 8. Suar. 10. de Relig. l. 1. c. 38. n. 5. Molan. orat. 3. c. 11. & 12. post D. Tho. 2. 2. q. 78. a. 1. ad 5. Verū tamen si in aliquo casu crimen decimas iniuste detinentis notorium fuerit, & in excusabile, haud dubiè potest, imo debet Parochus tali notorio peccatori Sacramentum Eucharistiæ negare. Laym. libr. 5. tr. 4. c. 4. capit. 6. quest. 3.



CAPVT VI.

De variis modis, quibus ius Decimarum acquiritur.

³⁵ *Potest ius
decimarum
acquiri per
transactio-* Per transactionem seu amicabilem compositionem Ecclesiasticis personis potest ius decimarum acquiri, (præter titulum communissimum, videlicet parochialis Beneficij collationem.) v. gr. si plura prædia sint, de quorum decimandi iure litigatur, componi, seu transigi potest, vt vni parti hæc, alteri alia prædia assignentur; vel si vnicum prædium litigiosum sit, vt decime inter partes diuidantur: dummodo in tali transactione nullum extrinsecum pretium interueniat, pro quo ius decimarum, quod spirituale est simoniæ ematur. Habetur expresse in cap. 2. & in cap. Veniens, de transact. & in cap. Ex multiplici, de decim. & notauit Glof. ad cap. 2. v. si super.

³⁶ *Et per com-
promissum* Super iure decimarum compromitti potest in arbitrum vnum, vel plures, quorum sententia, siue arbitrio à partibus sit standum. Debent tamen arbitri esse Clerici, non laici. Quia sicut laicus de spiritualibus indicare non debet, ita neque arbitrari. Ex commissione autem Iudicis Ecclesiastici potest laicus vnus vel plures cum Clerico compromissarij fieri. Sumuntur hæc ex cap. cum Apostolica, de iis, que à Prelatis, iuncto cap. 1. de arbitris. Et ex cap. contingit, de arbitris, iuncta Glof. v. spiri-
tualibus. Et ex c. Per tuas, Abbate annotante.
Et per mutationem.

³⁷ *Et per mu-
tationem.* Decimarum ius vnus Ecclesiæ cū iure de-
marum

M 3 marum